



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

fideiussores constituant, ij res illas ne-
sciant, quibus se alios instructuros esse
sancte pollicentur. Deinde verisimile fit,
ut qui in se ipsis hoc neglexerint, idq;
culpae admiserint; negligenteres etiam
in eo sint, ut alij ijs rebus instructiores
siant, quarum ipsi rudes omnino sunt.

Decretum. XVII.

Clerici com- CLERICIS, qui sacris ordinibus
patres ne- initiati sunt, infantem de sacro Baptis-
fiant. mi fonte suscipere vetitum sit. Ijdem q; in Confirmationis sacramento compa-
tres ne sint.

Decretum. XVIII.

Casuum re- CVM ad populi Christiani disci-
feratio- plinam & religionem conseruandam,
Sess. 14. de sanctissimorum patrum sententijs, & mul-
casuum re- torum Conciliorum decretis, tam Tri-
fatu.c.7. dentino Concilio, perpetuoq; vniuersitate Ecclesie vsu & consuetudine illud obser-
uatum fit, ut quæ grauiora essent pecca-
ta, non à quibusvis sacerdotibus, sed ab
Episcopis solùm absoluuerentur: nos pro-
pterea quorundam grauiorum casuum
absolutionem nobis reseruauimus, eos
que vna cum illis quos Concilio nostro
qua pert. ad prouinciali nobis item reseruauimus,
fact. pgu.ad- hoc decreto infra ordine quodam de-
min. p. 11. §. scriptos explicari & promulgari volui-
Ad horum mus; nè ij quibus animarum cura com-
etiam. missa est, & alij item, ad quo vt optimi-
mos & fideles ministeriorum Dei dispé-
satores potestas delata est alios à pecca-
tis absoluendi, ij per imprudentiam ex-
tra fines egrediantur permisæ, sibi fa-
cilitatis.

Si qui verò confessores quemquam, vel
his criminibus quorum absolutione no-
bis reseruauimus; vel illis etiam, quoru-
m; absolutione Canonum iure, & Apołolica
auctoritate Episcopis reseruata est, illi-
gatūm absoluere attendarint, nisi facta
libi scriptis huiusmodi absolutionis pote-
state; ij excommunicationis poena affi-
ciantur.

Casus & Prouinciali Concilio, & Syno-
do diocesana nobis reseruati.

R A P T O R E S virginum.
Qui moniales violarint, earum se-

pta ingressi sint facultate nō impetrata.

Qui abortum procurarint.

Qui secundò vel propinquiori cogni-
tionis gradu incastum admiserint.

Incendiarij, & qui damni iniuriæve
causa vites vel arbores alienas incide-
rint.

Ecclesiam polluentes.

Homicide voluntarij.

Qui parentes percusserint.

Qui locis pijs infantes exposuerint,
cum habeant unde ipsos alant, neq; co-
rum locorum dānum resarcierint.

Notarij legata ad pijs cauſas facta
non denunciantes, quemadmodum eis
de piorū lo-
provinciali Synodo à nobis præscri-
putum est.

Qui ad magicas artes, veneficia, su-
perfitiones, & alia huius generis, Eu-
charistia, sacrificiæ rebus abutuntur.

Qui duobus post annis quād piorum
legatorum dies venit, ea pijs locis non
persoluerint, aut eis alia ratione non fa-
tisfecerint.

Qui statuas, mensuras, monetasve a-
dulterarint, corruperintve.

Qui clandestina matrimonia contrahere
attentauerint, quive eisdem inter-
fuerint.

Qui fidei vinculo adstricti de matri-
monio inter se contrahendo, antequam
solenni ritu illud ex præscripto Ecclæ-
siae celebrant, vna coeunt.

Qui hæreticos, hæresiæ nomine su-
spectos, eosve item qui hæreticorum li-
bros habent, si quos tales sciunt, non de-
nunciant.

Qui iejunij diebus, alijsve cum ab
Ecclesia vetitum est, nulla legitima cau-
sa, aut facultate non impetrata carne ve-
scuntur.

Qui virginem, aliamve cuiusvis ge-
neris mulierem quouis modo compul-
serint (causis exceptis à iure permisis) ad
habitum cuiusvis religionis suscipien-
dum, aut ad professionem cōficiendam.

Qui item auxilium, scōsilium, studiū
ve eisdem præstiterint; aut quouis modo
scientes huic actioni præsentes ad-
fuerint, consenserintve.

Qui nulla iusta causa cuiusvis mulie-
ris voluntatem impedierint, quominus
veluti acceperit, vel votum nuncuparit.

Qui